

72 / / /

SCRIPTORUM CLASSICORUM
BIBLIOTHECA OXONIENSIS

1



OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
LONDINI ET NOVI EBORACI
APUD HENRICUM FROWDE

Gr
5718Bw

PLATONIS OPERA

RECOGNOVIT
BREVIQUE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

IOANNES BURNET

IN VNIVERSITATE ANDREANA LITTERARVM GRAECARVM PROFESSOR
COLLEGII MERTONENSIS OLIM SOCIVS

TOMVS V
TETRALOGIAM IX DEFINITIONES ET SPVRIA
CONTINENS

11895-2

5 10 11

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

OXONII
Excudebat Horatius Hart
Typographus academicus

212

42 ✓

A2

1905

t. 5, p. 1

ERRATVM

Praef. p. 2 l. 3 pro *Legum VI-VII* lege *Legum VII-XII*

Plato V

t. 5, pt. 1

PRAEFATIO

QVOD mihi primo contigit ut totum Platonem ex optimis libris ederem, id sane maiore ex parte clarissimis viris debetur qui nostra aetate in codicibus excutiendis et aestimandis elaboraverunt, quorum duo in primis honoris causa nominandi sunt, Immanuel Bekker et Martinus Schanz. et Bekkerus quidem fundamentum iecit, sed plurimos optimae notae libros non novit; novit Schanzius, sed editionem suam incohatam reliquit¹. multorum collationibus usus est Godofredus Stallbaum, sermonis Platonici interpret luculentissimus, sed parum accurate descriptis (cf. tom. IV Praef.). ad recensionem nil fere novi attulerunt Turicenses et C. F. Hermann, cum in emendatione operam suam collocare maluerint.

Quae cum ita se habere perspexissem, hanc mihi legem imposui, ut in iis acquiescerem quae satis firmata esse viderentur; quae contra ab aliis omissa aut non satis accurate tradita essent, ipse retractarem. nunc igitur superest ut quae mea sint, quae aliorum propria exponam, quae res statim opinor apparebit, si de optimis libris deinceps viderimus.

A.—Parisinum 1807 post Bekkerum contulit Schanz, qui in *Clitophonte* et *Legum I–VI* collationes suas

¹ Desunt adhuc *Politicus*, *Parmenides*, *Philebus*, *Respublica*, *Timaeus*, *Critias*, *Minos*, *Legum VI–XII*, *Epinomis*, *Epistulae*, *Spuria*.

PRAEFATIO

evulgavit. In *Politia* contulerant Ludovicus Campbell et Iacobus Adam. ego in *Timaeo*, *Critia*, *Legum* ~~VI-XII~~ ~~VI=VII~~, *Epinomide*, *Epistulis* et *Spuriis* ipse contuli (cf. tom. IV Praef.).

B.—Clarkiani 39 in omnibus dialogis praeter *Politicum*, *Parmenidem*, *Philebum*, praesto erant collationes Schanzianae. *Parmenidem* cum pulvisculo excusserat W. W. Waddell. *Politicum* et *Philebum* ipse contuli. cum autem sero intellexissem veteris diorthotae (B²) correctiones et recentiorum (b) a Schanzio parum curiose notatas esse, huic malo inde a tetralogia V et in tetralogia I iterum anno M.CM.V impressa quodam modo succurrere studui.

T.—Tetralogiam I prius ediderat Schanz quam Veneti App. Class. 4, I praestantiam intellexit, sed postea, cum *Euthyphronem*, *Apologiam*, *Critonem* in usum scholarum iterum ederet, hunc quoque librum adhibuit. ego primus cum in *Phaedone* tum in *Politico* et *Philebo* a Schanzio nondum editis eius lectiones publici iuris feci.

W.—Vindobonensem suppl. phil. gr. 7, librum a Schanzio iniuria spretum, ut nunc fere constat inter omnes, cognovi partim ex ipsius editione, partim e viri doctissimi Iosephi Král collationibus, quas mecum comiter communicavit. in *Sophista* Apeltii editione usus sum. in tetralogia I anno M.CM.V iterum impressa in *Phaedone* quoque huius libri testimonium adhibui.

P.—Excerpta Palatina Vaticana (173) meum in usum contulit Petrus S. M^cIntyre, cuius collatione in *Gorgia* et *Timaeo* usus sum.

F.—Vindobonensem suppl. phil. gr. 39 in *Politia*

PRAEFATIO

contulerat Schneider, ego ex hac collatione intellexi librum ex exemplari uncialibus litteris exarato descriptum esse. cum igitur pro sua singulari humanitate reliquos dialogos meum in usum contulisset Iosephus Král, hunc novum testem in *Gorgia*, *Menone*, *Hippia* utroque, *Ione*, *Mencxeno*, *Clitophonte*, *Timaeo*, *Critia*, *Minoe* produxi (cf. tom. III, IV Praef.).

Levioris momenti est quod membrana papyracea quotquot innotuerunt in censum vocavi. etiam in *Theaeteto* ex *Anonymo Commentario* nonnulla in rem meam convertere potui, cum anno M.CM.V tomus I denuo prelo mandaretur.

Haec igitur fere sunt quae in textu recensendo de meo addere potui; quod ad emendationem attinet, spero me numquam temere a tradita scriptura recessisse. hoc enim mihi proposui ut ad archetypum quinto aut sexto saeculo exaratum quam proxime accederem, quo tempore adhuc in Academia florebant Platonis diadochi.

De tetralogia IX et *Spuriis* longus esse nolo, cum nuper de iis copiose disputavit O. Immisch¹, cuius rationibus ego prorsus adsentior. scilicet ut hic quoque longe integerrimus testis est Parisinus A, ita negari non potest diversae memoriae vestigia etiam nunc servari in codice Laurentiano lxxx. 17 (L = Stallbaumii δ) et in Vaticani 796 (O = Bekkeri Ω ²) marginalibus. quin etiam ipse vidi dum librum conferebam multa inde in Parisino ipso adscripta esse manu saeculi, ut videtur, XII (A³). huius tamen memoriae

¹ Philologische Studien zu Plato, II (1903).

² Hic liber a Bekkero et Bastio collatus hodie inveniri non potest.

PRAEFATIO

idoneus testis hodie non exstare videtur, ut valde dolendum sit Vindobonensem F nihil post *Minoem* habere.

In *Legibus* edendis malui plerumque traditam scripturam etiam corruptam repraesentare quam Musuri lectiones ex Aldina arripere; sunt enim fere vulnera obtegentis, non sanantis, correctiunculae, et multis locis, ut mihi persuasi, vera emendatio citius ex librorum erroribus elucebit. nimirum haud raro impedita et turbata oratio est, sed tam saepe distinctione leviter immutata vidi omnia plana et perspicua fieri, ut non liceat desperare de locis quae nondum sanare contigerit. de traiectionibus et anacoluthiis huic scribendi generi propriis non est quod moneam; hoc tantum dico, persaepe particulas μέν, δέ, οὖν postpositas librariis et editoribus fraudi fuisse, cum has voculas nisi in secundo loco concoquere non possent.

Spuria, quae olim in tomo sexto cum *Supplemento*, ut aiunt, *Platonico* edere constitui, mutato consilio huic tomo adieci, ut quinque voluminibus includerem omnia quae pro Platonicis antiquitus circumferebantur. *Supplementum* in editione maiore, si vires suppetent, auctum et emendatum tradam.

IOANNES BURNET.

*Scribebam Andrapoli
e collegio S. Salvatoris et D. Leonardi
mense Novembri M.CM.VI.*

DIALOGORVM ORDO

TOMVS I

TETRALOGIA I

ED. STEPH.

EVTHYPHRO	I. pp.	2-16
APOLOGIA SOCRATIS	I. pp.	17-42
CRITO	I. pp.	43-54
PHAEDO.	I. pp.	57-118

TETRALOGIA II

CRATYLVS	I. pp.	383-440
THEAETETVS.	I. pp.	142-210
SOPHISTA	I. pp.	216-268
POLITICVS	II. pp.	257-311

TOMVS II

TETRALOGIA III

PARMENIDES	III. pp.	126-166
PHILEBVS	II. pp.	11-67
SYMPOSIVM	III. pp.	172-223
PHAEDRVS	III. pp.	227-279

TETRALOGIA IV

ALCIBIADES I	II. pp.	103-135
ALCIBIADES II	II. pp.	138-151
HIPPARCHVS	II. pp.	225-232
AMATORES	I. pp.	132-139

DIALOGORVM ORDO

TOMVS III

TETRALOGIA V

THEAGES	I. pp. 121-131
CHARMIDES	II. pp. 153-176
LACHES	II. pp. 178-201
LYSIS	II. pp. 203-223

TETRALOGIA VI

EVTHYDEMVS	I. pp. 271-307
PROTAGORAS	I. pp. 309-362
GORGIAS	I. pp. 447-527
MENO	II. pp. 70-100

TETRALOGIA VII

HIPPIAS MAIOR	III. pp. 281-304
HIPPIAS MINOR	I. pp. 363-376
IO	I. pp. 530-542
MENEXENVS	II. pp. 234-249

TOMVS IV

TETRALOGIA VIII

CLITOPHO	III. pp. 406-410
RESPVBLICA	II. pp. 327-621
TIMAEVS	III. pp. 17-105
CRITIAS	III. pp. 106-121

DIALOGORVM ORDO

TOMVS V ¹⁻²

TETRALOGIA IX

MINOS	II. pp. 313-321 ✓
LEGES	II. pp. 624-969
EPINOMIS	II. pp. 973-992
EPISTVLAE	III. pp. 309-363

DEFINITIONES	III. pp. 411-416
------------------------	------------------

NOΘEYOMENOI

DE IVSTO	III. pp. 372-375
DE VIRTUTE	III. pp. 376-379
DEMODOCVS	III. pp. 380-386
SISYPHVS	III. pp. 387-391
ERYXIAS	III. pp. 392-406
AXIOCHVS	III. pp. 364-372

SIGLA

A = cod. Parisinus graecus 1807

A² = idem post diorthosin (eadem manu ut videtur)

A³ = manus saeculi xii (ut videtur)

a = manus Constantini (saec. xiv)

a² = manus altera saeculi xiv

a³ = manus saeculi xv-xvi

L = cod. Laurentianus lxxx. 17 = (Stallb. Flor. δ)

O = cod. Vaticanus 796 (?) = (Bekkeri Ω)

F = cod. Vindobonensis 55, suppl. phil. Gr. 39

Y = cod. Vindobonensis 21 (= Bekkeri Υ)

Z = cod. Parisinus 3009

scr. rec. = lectiones librorum post litteras renatas exaratorum